

L. 12. 2.

Vd
2085



UGUSTUS
TERTIUS,
DEI Gratiâ, Ele-
ctus Rex Poloniarum, Ma-
gnus Dux Lithvaniae, Russiae,
Prusiae, Mazoviae, Samogitiae,
Kyoviae, Volhiniæ, Podoliae,
Podlachiae, Livoniae, Smolen-
iciae, Severiae, Czernichoviae-
que, &c. &c. Dux Haereditarius
Saxoniae, & Princeps Elector.
&c. &c.

Omnibus & singulis quorum interest, prae-
sertim Dominis Senatoribus, Officialibus & Di-
ginitariis, nec non universo Ordini Equestri Re-
gni Poloniae, & Magni Ducatus Lithvaniae, an-
nexitque Provinciis hōc Universali Nostrō de-

X

nun-



nunciamus. Serenissimò quondam Parente Nostrò Nobis atque Reipublicae Poloniae nuper erexitò, solium tantò Rege orbatum non ob aliud magis concendere optavimus, quam ut animò inclitam hancce Gentem amore & affectu prosequi ab incunabulis assuetò, Rempublicam pacatam, & ornatam capessere, pietate ac prudentiâ moderari, & post fata nostra opimiorem succelsori, si Supremo Numini placuerit, transmittere liceret. Nihil verò Nobis Coronam liberrimae hujus Gentis ambientibus antiquius fuit curâ Legum, quas revereri à Parente non solum didicimus, sed & viribus à Deo Nobis creditis aetatem Nostram tueri constituimus, & ad quarum adeò prae scriptam normam præviâ Electione liberâ, Gentis inclitae judicio & amori Coronam acceptam ferre haud immerito desideravimus. Atque in hoc Nostro proposito tam constantes quoque fuimus, ut etiamsi à non nullis, sui magis commodi quam Patriae memoribus & studiis, graviter omnino laesi, atque ad sumendum ultionem provocati simus, indeolem tamen Nostram, benefacere in primis suetam sequi, ac vindictæ rationem penitus dissimulare, quam suspicitionem impeditæ aliquò modò in eligendo Rege libertatis commovere maluerimus. Intellexerunt illud omnes, quotquot partium studiò non trahi sese passi sunt, atque sic favente tandem Numine Divinò, cuius scilicet solius arbitriò Regna dispensantur, accidit, ut optima Res publica ipsa Re-

Regem Nos optaret, Electione ex praescripto Legum rite factâ proclamaret, ac tandem plures ex Senatu & Equestri Ordine, qui Nos requirent, ut Reipublicae fasces libenti animo capeſſeremus, eidemque undiquaque afflictæ quantocvus ſuccurreremus, ad Nos deputaret. Merito igitur immortali Deo gratias ob id ipsum decentissimas perſolvimus, quumque Nobis Republica concordibus ſuffragiis Coronam ſuam obtulerit, mutuus viciſſim amor Noster & propensio efflagitat, ut desiderio illius omnino ſatisfaciamus, atque eo id impensius, quô certius perſuadim Nobis eſt, fiduciam illam, quam de Nobis Republica non ſine ratione maximam concepit, in dies conſirmatum atque auctum iri, quando ſcilicet in id cumprimis adnitemur, ut Rempublicam ſalvam habeamus & inculmem, Leges Ejus ſartas conſervemus, Ejusdemque commoda, uti voluit Conſtitutiones & Sancita, ſic promoveamus, ut liberatum à com motione intestina Regnum efflorefcat, & è turbis tandem exſolvatur, quas male animati homines majori, quam posteritati credibile videri queat, animi fervore excitarunt, quique ſpretâ omni Legum ſanctitate, & propriâ regnandi cupidine velut excoecati, malè prorsus rebus ſuis conſultum fore arbitrati ſunt, niſi conſumtō in novandis rebus ſtudiō rerum omnium conſuſionem introducerent, atque adeo viſinos quoque imperantes laeſis foederibus adverſus Rempublicam excitarent. His atque talibus probè ad-

modum Nobiscum ponderatis, propositum est No-
bis, annuente Numine Supremō libertatem Patriae
adversus quoslibet male feriotorum hominum insultus
fortiter strenueque vindicare, omniaque, ut
paucis multa complectamur, ita instituere, ut pax
inter singulos restituatur atque confirmetur, salus
Reipublicae stabiliatur, subiectorum commoda in
valecant, & tandem unicuique sua afferantur,
prout Constitutiones Regni, atque alia Sancita,
quibus tanquam fundamentō Respublica innititur,
observari postulant. Iis autem commodis, ut
par est, obtinendis, necessarium omnino duxi-
mus, ut Regnum Nobis demandatum, ad deside-
ria afflīcta & oppressae Reipublicae, exercitū sti-
pati Nostrō sine mora ingrederemur, utpote quo
certi de divina voluntate haud difficulter conse-
mum, ut nos pariter ac Respublica adversus cun-
ctos, qui inquietandis rebus student, Patriaeque
suae exitium venales querere videntur, defendam-
mur, ac denique in tuto collocemur. Ut vero
justitia causae Nostrae omnibus ac singulis tanto
magis inclareceret, neque actus Nostri suspicioni-
bus inquis, vel malevolae interpretationi, quae
animo nimirum Nostro adversari posset, subjice-
rentur, praesentibus hisce declarare benignissime
voluimus, quidquid ea in re efficimus, illud unice
ad firmando jura privilegiaque Reipublicae, ne
quaquam autem eō pertinere, ut alicui, si modo
Patriae bene cupiat, vis aut damnum quocunque
mo-

modò inferatur. Ostendit illud ipsum Exercitus
Noster qui tam numerosus videri haud potest, ut
inde metus aliquis vel suspicacissimae libertati sub-
nasci queat. Accedit etiam Regio huic verbo ac
promissio Nostro, quod complures Regni Proceres
& Magnates Nos commitentur, quorum Consilia
ut libenter sequimur, ita etiam in posterum sequi
decrevimus, quique adeo Nobiscum nihil intermit-
tere studebunt, quod bono publico proficuum esse
possit. Hôc autem planè animô affecti noluimus
insuper, ut Copiae Nostrae oneri Reipublicae es-
sent, atque ideo mandata jamjam dedimus, ut
quum sumtibus nostris ali prorsus debeat, ipsae
singulas necessitates suas justo pretio redimant, Su-
premus autem Militiae illius Dux & Cohortium
Praefecti disciplinam militarem lege severissimâ cu-
stodian, ne Respublica ejusve incolae detrimenti
quid ex iis capiant. Quumque adeo de Nostra
propensissima voluntate Respublica certa esse pos-
sit, nihil superest, quam ut omnes atque singulos
memorati Regni inquilinos paternè etiam atque
etiam admoneamus, ut Exercitum Nostrum com-
meatù aliisque rebus necessariis amicè adjuvent, ce-
tera autem quisque in domicilio suo securus maneat,
commercia, opificia, vel si quo alio labore sit ad-
suetus, sine ulla formidine continuet, sibique pe-
nitus persuadeat, neminem aut fortunas à Nobis
vel militibus nostris adflictum iri, nisi qui vel per-
vicaciâ, vel hostili quovis aliò conatû, gratiâ hâc

no-

nostrâ indignum ipse se reddiderit. Neque etiam
diutius dictæ illae Copiae in Regno commorabun-
tur, quam necessarium fuerit, siquidem illius fini-
bus jussu nostrô statim excessuræ sunt, quam pri-
mum Respublica ab imminentे periculo, & noxiis
dissidiis soluta, libertas satis stabilita, leges autem
remotis procul armis vigor & integritati suae resti-
tutae, atque adeo finis, cuius gratia armata ma-
nus adhibenda erat, ex sententia obtentus fuerit.
Obtinebitur is autem hoc facilius, citiusque, si
cuncti tam prompto & constanti auxiliō nostris Co-
piis subveniant, quam tenero & paternō plane Nos
affectu Reipublicae commoda nostris anteponere,
atque oppressores ejus coercere parati sumus. De-
nique eos etiam praesentibus hisce litteris ex connac-
to Nobis Clementiae studio ad revertendum invi-
tamus, qui adhuc spretō prorsus verō patriae suae
bonō & incolumentate à Nobis & Respublica sese dis-
junixerunt, iisdemque omnimodam offensarum obli-
vionem atque veniam pollicemur, si maturae in
sinum Reipublicae configuant, atque in instanti-
bus Regiae Coronationis nostrae solennibus item-
que subsequentibus Comitis vires suas in id potissi-
mum, ut Patriae suae nimium disturbatae pristina
tranquillitas & integritas reddatur, intendere haud
amplius detrectatur sint. De cetero non dubita-
mus, fore, uti DEus, cuius scilicet auspiciis
haec omnia aggredimur, ac sine quo haud quid-
quam etiam futuro tempore suscipiemus, successus

No-



Nobis felicissimos largiatur, thronumque nostrum
ita tandem firmet, ut gloria ipsius ante omnia ad-
augeatur, & incrementa Reipublicae promovean-
tur. In maiorem praemissorum fidem Universale
hoc propriâ manu subscrispsumus Sigillôque Nostrô
muniri jussimus. Dabantur Dresdae Die VI. Men-
sis Novembris, Anno Domini M DCC XXXIII.

AUGUSTUS REX.



Cum Privil. Potentiss. Sarmatarum Regis & Elect. Sax. gratioſiſſime.
DRESDAE, ex Officina Stoesseliana.

FKV A 2085

VO18

X 345 6230

mit dem Appellat. Antiquar. 1851. 200. 1.
Es ist ein sehr schönes Exemplar mit
viele farbige Illustrationen und
einem guten Zustand.

AUGUST REH



St. Augustin. De civitate dei. 2. Auflage. Berlin 1750.
Mit 100 Holzschnitten. 8°. 120. 120.

hC



d. 12. 2.

Vd
2085



UGUSTUS TERTIUS, DEI Gratiâ, Ele- ctus Rex Poloniarum, Ma-

Lithuaniae, Rusiae,
Mazoviae, Samogitiae,
Volhiniæ, Podoliae,
, Livoniae, Smolen-
veriae, Czernichoviae-

cc. Dux Haereditarius
& Princeps Elector.

& singulis quorum interest, pra-
Senatoribus, Officialibus & Di-
non universo Ordini Equestri Re-
& Magni Ducatus Lithuaniae, an-
ciis, hōc Universali Nostrō de-

X

nun-



Farbkarte #13

| | Inches | Centimetres | Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|--|--------|-------------|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|
| | 1 | 2 | | | | | | | | | |
| | 2 | 4 | | | | | | | | | |
| | 3 | 6 | | | | | | | | | |
| | 4 | 8 | | | | | | | | | |
| | 5 | 10 | | | | | | | | | |
| | 6 | 12 | | | | | | | | | |
| | 7 | 14 | | | | | | | | | |
| | 8 | 16 | | | | | | | | | |
| | 9 | 18 | | | | | | | | | |
| | 10 | 20 | | | | | | | | | |
| | 11 | 22 | | | | | | | | | |
| | 12 | 24 | | | | | | | | | |
| | 13 | 26 | | | | | | | | | |
| | 14 | 28 | | | | | | | | | |
| | 15 | 30 | | | | | | | | | |
| | 16 | 32 | | | | | | | | | |
| | 17 | 34 | | | | | | | | | |
| | 18 | 36 | | | | | | | | | |
| | 19 | 38 | | | | | | | | | |